existimationem Collegio nostro pollicetur. Sub finem triplex Operi Index, in postrema ejus relectione à nobis concinnatus, adjicitur. *Unus* in Tabula Mnemonica totum Opusculi Pufendorfiani, nostræque Commentationis conspectum, contextumque, ob oculos ponit. *Alter* Scripturæ loca, Legesque sacras, ac exempla Sanctorum à nobis vel exposita vel vindicata enumerat. *Tertio* res præcipuas atque argumenta notabiliora sumus complexi. Quod restat, hoc unum est. Cum nemine nos altercaturos; neque eorum causſa, quæ displicere forsan aliis poterunt, disputationem defensionemve suscepturos, vel & instituere facile posse; qui hoc, quidquid restat, brevis ævi, docendo ac prædicando Evangelio Jesu Christi in Ecclesia & Academia, qua par est fide, impendere jussi sumus, ipsique candidè libenterque profitemur, diem utique doceri à die, & invenire hodiernum, quod præterierat hesternus; verique animis mortalium sensim sese ingerentis, incrementa, nihilque demum à vera solidaque eruditione tam alienum esse, quam vel de verbis litigare, vel in eos iracundiam exercere, qui sua non culpa cœcutiunt, ac nobile verum nondum queunt amplecti.

Itaque, si cupis, hac opera cum aliis fruere, Lector benevole: Deumque nobiscum ora, qui pulsis, quæ mentem nostram circumstant, tenebris, cœlestem nobis sapientiam impertiat servetque, ac augeat; castam nimirum illam: deinde pacificam: æquam: obedientem: plenam misericordiæ optimorumque fructuum; expertem denique disceptationis ac simulationum. Ut fructus justitiæ in pace seminetur facientibus pacem, fulgeatque in nobis Lumen, ac perennet Rectitudo. Scripsi Tubingæ Kal. Novembr. M D CC IX.

COLLEGII PUFEN

EXERCITATIO

ΣΥΝΟΨΙΣ

§. I. Quæstio juris, non facti, an sit Philosophia bus humanis qua talibus? Ac de §. II. Homini, ut tali, tria competunt De Intentione quidem hic modi adpellationes. §. IV. De licæ generaliter. §. V. Historia Philosophiæ Salomonæ, ex Ecclesiaste Ethicon, quam ex intimo penetrale quæ condito Philosophiæ cans, ad usque tempora D. N. Historia Philosophiæ Moralis tim Otto Heurnius, vita Abrahami Africana item, Æthiopica, & Asiatica Chinensium, de quorum Confucio nitio. §. IX. Europæa, Thracum, Celtarum quitur (III) Historia GRÆCORUM M sub qua & §. XI Platonica, De Pythagoricis rim omnis, sic practica varias in Italia imprimis Danhaueri. §. XII. & Pythagoræ que ejus ac meritis, præcipue in Philolaum conditor Pythagoras. De ea §. XIV. De mendantur etiam Jo. Reuchlinus, & Cabbalistæ mittenda Ill. Eleatica, Scepsis quæ Scepsi bus Pyrrhonius. §. XVI. Sectæ Epicurea sensus. Eclectici in moralibus. De Mathematicis storia Juris pr. Naturalis. De Methodis tutum H. Grotii, & Pufendorfii, de Methodo Imprimis de scopo Operis nostri, & de ejus proceserit? Obiter, quid sit scopus, & quotuplex ciatim; ac ejus fundamentum. Constitutio theoretica & practica. §. XXIII. Monitum practicum.

GOTTFRIED WILHELM LEIBNIZ BIBLIOTHEK
NIEDERSÄCHSISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Signatur: Leibn. Marg. 79, [12] - -
PUBLIC DOMAIN